

Lectio v.

AB Eugénio Quarto patrre Episcopus designatus, quem magnâ contentione deirectaverat, maiori gessit cum laude: nam consueta vivendi ratione nihil admodum immutata, paupertatem, quam semper colerat, in mensa, suppellectili, ac lecto perpetuo retinuit: modicum domi alebat familiarum, quod grandem alteram sibi esse diceret, pauperes Christi significans. Quacumque adiretur hora, praeosto omnibus erat, paternam omnes charitate allevabat, non re nuens, vel ere se alieno gravare, dum illorum ne inopia deesset; rogatus qua spe id faceret? Domini mei, qui pro me dissolvere facile poterit, respondebat. Spem autem non confundere divina providentia submissis inopinato subsidiis jugiter declarabat. Plura Virginum Monasteria construxit, quas etiam ad perfectioris vitae rationem sua vigilantia composuit. Matronis à saeculi pompis, & ornatis vanitate revocandis, Ecclesiasticae disciplinae, ac moribus reformandis maxime studuit: dignus sane qui ab eodem Eugénio gloria, & decus Praesulum coram Cardinalibus vocaretur, & qui à Nicolao Quinto eius successore, translato è Gradensi civitate titulo, primus Venetiarum Patriarcha renuntiaretur.

R. Posui adjutorium super potentem, & exaltavi electum de plebe mea. Manus enim mea auxiliabitur ei. **V.** Inveni David servum meum, oleo sancto meo unxi eum. Manus

Lectio vi.

LAcrymarum dono insignitus, omnipotenti Deo placationis hostiam quotidie offereret, quod cum aliquando nocte Dominice Nativitatis perageret, Christum Jesum

sub pulcherrimam infantis specie videre promeruit: tantumque in eo erat commissi gregis praesidium, ut celestis stetit Rempublicam. Pontificis sui intercessione, ac meritis stetit Rempublicam. Proprietate spiritu afflatus, plura humanae cognitionis prorsus impervia praedixit: morbos ac daemones suis precibus saepe fugavit: libros etiam coelestem doctrinam, ac pietatem spirantes, grammaticae penae rudis, conscripsit. Denique cum lethalem incidisset in morbum, & commodiorem domestici lectum seni, atque aegro pararent, aversatus ejusmodi delicias, tamquam à durissima morientis Domini sui cruce plus nimio abhorrentes, consueto in stramine se jussit deponi, & finem vitae suae adventare pranoscens, sublatis in caelum oculis, Venio, inquit, ad te, o bone Jesu: ac die octava Januarii obdormivit in Domino. Pretiosam ejus mortem testati sunt Angelici concentus à Carthusianis quibusdam Monachis auditi, & sacrum cadaver per duos ultra menses inhumatum, suavi fragrans odore, & rubescente facie integrum, atque incorruptum, ac nova post mortem patrata miracula; quibus promotus Alexander Octavus Pontifex Maximus eum Sanctorum numero adscripsit; Innocentius vero Duodecimus quintam Septembris diem, qua vir sanctus ad Pontificiam primò Cathedram fuerat evectus, celebrando illius festo assignavit.

R. Iste est qui ante Deum magnas virtutes operatus est, & omnis terra doctrinam ejus repleta est. **V.** Ipse intercedat pro peccatis omnium populorum. **V.** Iste est qui contempsit vitam mundi, & pervenit ad caelestia regna. Ipse intercedat. Gloria Patri. Ipse intercedat.

In

In tertio Nocturno, Homilia Sancti Gregorii Papae in Evangelium Homo peregrè proficiens, de Comuni Confessoris Pontificis. xlvij.

DIE VII. SEPTEMBRIS.

In Nativitate B. Mariae Virginis. Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. Nativitas glorioza, cum reliquis. Antiphonis de Laudibus, 600. Psalmi, Capitulum, & Hymnus, ut in Officio parvo B. Mariae exvi. V. Nativitas est hodie Sanctae Mariae Virginis. **R.** Cujus vita inclita cunctas illustrat Ecclesias.

Ad Magnificat, Antiphona. Gloriosa Virginis Mariae ortum dignissimum recolamus, quae & Genitricis dignitatem obtinuit, & virginalem pudicitiam non amisit.

Oratio.

FAmulis tuis, quaesumus Domine, caelestis gratiae munus impertire; ut quibus beatae Virginis partus exitit salutis exordium, Nativitatis ejus votiva solemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dominum nostrum.

Ad Matutinum, Invitatorium. Nativitatem Virginis Mariae celebramus: Christum ejus Filium adoramus Dominum. Psalmus. Venite, exultemus. 1. Hymnus. Quem terra, Antiphonae & Psalmi Nocturnorum, ut in ejus Officio parvo. cxxj.

In primo Nocturno.

V. Specie tua & pulchritudine tua. **R.** Intende, prospere procede, & regna. Pater noster. **Absolutio. Exaudi Domine. V.** Jube domine benedicere. **Benedictio. Benedictioe perpetua.**

Incipiunt Cantica canticorum.

Lectio i.

Cap. 1.

Osculetur me osculo oris sui: quia meliora sunt ubera tua vino, fragrantia unguentis optimis. Oleum effusum nomen tuum: ideò adolescentula dilexerunt te. Trahe me: post te curremus in odorem unguentorum tuorum. Introdixit me Rex in cellaria sua: exultabimus & letabimur in te, memores uberum tuorum super vinum: recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa, filiae Jerusalem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis.

R. Hodie nata est beata Virgo Maria ex progenie David: Per quam salus mundi creditibus apparuit, cujus vita gloriosa lucem occidit saeculo. **V.** Nativitatem beatae Mariae Virginis cum gaudio celebramus. Per quam. **Benedictio. Unigenitus Dei Filius.**

Lectio ij.

Nolite me considerare quòd filia sim, quia decoloravit me sol: fusca matris meae pignurum contra me, posuerunt me custodire in vineis: vineam meam non custodiavi. Indica mihi, quem diligis anima mea, ubi pascas, ubi cubes in meridie, ne vagari incipiam post greges sodalium tuorum. Si ignoras te, o pulcherrima inter mulieres, egrèdere, & abi post vestigia gregum, & pasce haedos tuos juxta tabernacula pastorum. Equitavi meo in curribus Pharaonis assimilavi te, amica mea. Pulchrae sunt genae tuae sicut turritis: collum tuum sicut monilia.

R. Beatisse Virginis Mariae Nativitatem devotissime celebramus: * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dominum Jesum Christum. **V.** Cum

juconditate Nativitatem beatae Mariae Virginis devotissime celebramus. Ut ipsa. **Benedictio.** Spiritus sancti gratia.

Lectio iij.

Murénulas áureas faciémus tibi, vermiculatas argénto. Dum esset Rex in accubitu suo, nardulus mea dedit odorem suum. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter úbera mea commemorabitur. Botrus Cypri dilectus meus mihi, in vineis Engáddi. Ecce tu pulchra es, óculi tui columbárum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decórus. Læculus noster floridus: tigna domórum nostrárum cedrina, laquearia nostra cypressina.

R. Gloriosæ Virginis Mariæ ortum dignissimum recolámus, * Cujus Dóminus humilitatem respéxit, quæ Angelo nuntiante concépit Salvatórem mundi. **V.** Beatissimæ Virginis Mariæ Nativitatem devotissime celebrémus. Cujus Dóminus. Glória Patri. Cujus Dóminus.

In secundo Nocturno.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo. **R.** Deus in médio ejus non commóvetur. Pater noster. **Absolutio.** Ipsius pietas. **V.** Jube domne. **Benedictio.** Deus Pater omnipotens.

Sermo Sancti Augustini Episcopi. *Sermones 18. de Sanctis, qui est 2. de Annuntiatione Dominica.*

Lectio iv.

Adest nobis, dilectissimi, optátus dies beatae ac venerabilis semper Virginis Mariæ: idèd sum summa exultatione gaudeat terra nostra, tantæ virginis illustrata natali. Hæc est enim flos

campi, de qua ortum est pretiosum liliium convallium, pro cujus partum mutatur natura protoplastorum, delétur & culpa. Præcisum est in ea illud Hevæ infelicitatis elógium, quo dicitur: In dolore páries filios tuos: quia ista in lætitia Dóminum péperi.

R. Nativitas gloriosæ Virginis Mariæ, ex sémine Abraham, ortæ de tribu Juda, clará ex stirpe David: * Cujus vita inclýta cunctas illústrat Ecclésiás. **V.** Hodiè nata est beata Virgo Maria ex progénie David. Cujus. **Benedictio.** Christus perpétuæ.

Lectio v.

Heva enim luxit, ista exultavit: Heva lácrymas, Maria gáudium in ventre portávit: quia illa peccatórem, ista édedit innocéntem. Mater géneris nostri penam intulit mundo, Génitrix Dómini nostri salútem intulit mundo. Aucatrix peccáti Heva, aucatrix mériti Maria. Heva occidéndò óbfuit, Maria vivificándò prófuit. Illa percússit, ista sanávit. Pro inobediéntia enim obediéntia commutátur, fides pro perfidia compensátur.

R. Cum juconditate Nativitatem beatae Mariæ celebrémus: * Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. **V.** Corde & ánimo Christo canámus glóriam in hæc sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa. **Benedictio.** Ignem sui amoris.

Lectio vi.

Plaudat nunc órganis Maria, & inter veloces articulos tympana puérperæ concrépent. Concínant lætantes chori, & alternántibus módulans dulcisona cármina miscéantur. Audite igitur quemádmódum tym-

panistria nostra cantáverit. Ait enim: Magnificat ánima mea Dóminum: & exultávit spiritus meus in Deo salutári meo. Quia respéxit humilitatem ancillæ suæ: ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generatiónes. Quia fecit mihi magna qui potens est. Causam igitur invalescéntis erráti miraculum novi partus evicit, & Hevæ planctum Mariæ cantus exclúsit.

R. Nativitas tua, Dei Génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo: * Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: * Qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem: & confundens mortem, donávit nobis vitam sempitérnám. **V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Glória Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

V. Elégit eam Deus, & prælégit eam. **R.** In tabernáculo suo habitáre facit eam. Pater noster. **Absolutio.** A vinculis. **V.** Jube domne benedicere. **Benedictio.** Evangélica lectio.

Lectio sancti Evangélii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 1.

Liber generatiónis Jesu Christi, filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia S. Hierónymi Presbyteri. *Lib. 1. Comment. in Matth. in initio.*

In Isaiá légimus: Generatióem ejus quis enarrábit? Non ergo putémus Evangelistam Prophétæ esse contrárium, ut quod ille impossibile dixit effátu, hic narráre incipiat: quia ibi de generatióne divinitatis, hic de incarnatione est dictum. A carnálibus autem cœpit, ut per hómínem, Deum discere incipiámus. Filii David, filii Abraham. Ordo præpósterus, sed neces-

sário commutátus. Si enim primùm posuisset Abraham, & postea David, rursus ei repeténdus fuerat Abraham, ut generatiónis séries texerétur.

R. Beátam me dicent omnes generatiónes: * Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericórdia ejus á progénie in progénies tíméntibus eum. Quia fecit. **Benedictio.** Cujus festum cólimus, ipsa Virgo virginum.

Lectio viij.

Ideo autem cæteris prætermisissis, horum filium nuncupávit, quia ad hos tantum est facta de Christo reppromissio. Ad Abraham: In sémíne, inquit, tuo benedicéntur omnes gentes, quod est Christus. Ad David: De fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Judas autem genuit Phares & Zaram de Thamar. Notándum in genealogia Salvatóris nullam sanctárum assúmi mulierum, sed eas quæ Scriptúra reprehéndit: ut qui propter peccatóres vénerat, de peccatóribus nascentes, ómniun peccáta deléret. Undè & in consequéntibus Ruth Moabitibus pónitur, & Bethsabée uxor Uriæ.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus Deus noster. **V.** Ora pro pópulo, intérvéni pro clero, intércede pro devótò fœmine sexu: sentiant omnes tuum júvámene, quicumque celebrant tuam sanctam Nativitatem. Quia ex te. Glória Patri. Christus Deus. **Benedictio.** Ad societátem.

Pro Sancto Adriano Martyre.

Lectio ix.

Adriánus jussu Maximiani Imperatóris apud Nicomediam persequens Christianos, cum sæpius

pius eorum in fidei confessione, & tormentorum perpessione constantiam demiratus esset, vehementer ea re commotus, ad Christum se convertit. Quamobrem cum aliis viginti tribus Christianis conjectus est in carcerem: ubi eum visitans Natalia uxor, quæ & ipsa antea in Christum crederat, ad martyrium incendit. Itaque è custodia eductus, tandem flagellis caesus est, donec intestina diffuerent. Postremo fractis cruribus, manibus pedibusque præcisus, unâ cum multis aliis martyrii certamen feliciter absolvit.

Te Deum laudamus. 12.
AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Nativitas gloriosæ Virginis Mariæ ex semine Abraham, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David. **Psalmus.** Dominus regnavit,

Antiphona. Nativitas est hodie Sanctæ Mariæ Virginis, cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias. **Regali ex progenie** Mariæ exorta resurgit: cujus præcibus nos adjuvâri mente & spiritu devotissimè poscimus.

Antiphona. Corde & animo Christum canamus gloriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. **Antiphona.** Cum jucunditate Nativitatem beatæ Mariæ celebrémus, ut ipsa pro nobis intercedat ad Dñm Jesum Christum.

Capitulum. **Eccli 24. b**
Ab initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatiõne sancta coram ipso ministravi.

Hymnus.
O Gloriosa Virginitas,
Sublimis inter sidera,
Qui te creavit, parvulum
Lactente nutris ubere.

Quod Heva tristis abstulit,
Tu reddis almo germine:
Intrent ut astra flébiles,
Cæli recludis cardines.
Tu regis alti janua,
Et aula lucis fulgida:
Vitam datam per Virginem
Gentes redemptæ plaudite.
Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu
In sempiterna sæcula.

Antiphona. Nativitas est hodie Sanctæ Mariæ Virginis. **Regali ex progenie** Mariæ exorta resurgit: cujus præcibus nos adjuvâri mente & spiritu devotissimè poscimus.

Antiphona. Nativitatem hodiernam perpetae Virginis Genitricis Dei Mariæ solemniter celebrémus, qua celsitudo throni processit, alleluia.

Oratio.
Familis tuis, quæsumus Dñmine, cœlestis gratiæ munus impertire; ut quibus beatæ Virginis partus exitit salutis exordium, Nativitatis ejus votiva sollemnitas pacis tribuat incrementum. Per Dñm nostrum Jesum Christum Filium tuum.

Deinde fit Commemoratio Sancti Adriani Martyris, hoc loco tantum.
Antiphona. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. **Justus, ut palma florébit.** **Sicut cedrus Libani multiplicabitur.**

Oratio.
Præsta, quæsumus omnipotens Deus; ut qui beati Adriani Martyris tui natalia cõlimus, intercessiõne ejus in tui nõminis amore roboreremur. Per Dñm nostrum.

Ad Primam in B. brevil dicitur.
Justus, ut palma florébit.

Et sic dicitur per totam Octavam etiam in Festis.

Ad

Ad Tertiam, Antiphona. Nativitas est hodie. **Capitulum.** Ab initio, ut supra. 600.
Regali ex progenie. **Et pulchritudine tua.** **Intende, prospere procede, & regna.** **Et pulchritudine.** **Gloria Patri.** **Spécie tua.** **Deus vultu suo.** **Adjuvabit eam Deus vultu suo.** **Non commovebitur.**

Ad Sextam, Antiphona.

Capitulum. **Eccli 24. b**
Et sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorificato, & in parte Dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea.

Regali ex progenie. **Deus vultu suo.** **Adjuvabit eam Deus vultu suo.** **Deus in medio ejus.** **Non commovebitur.** **Deus vultu.** **Gloria Patri.** **Adjuvabit eam.** **Elégit eam Deus, & præelegit eam.** **In tabernaculo suo habitare facit eam.**

Ad Nonam, Antiphona.

Capitulum. **Eccli 24. b**
In plateis sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedi: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

Regali ex progenie. **Elégit eam Deus, & præelegit eam.** **Elégit eam.** **In tabernaculo suo habitare facit eam.** **Et præelegit.** **Gloria Patri.** **Elégit eam.** **Diffusa est gratia in labiis tuis.** **Propterea benedixit te Deus in æternum.**

In secundis Vesperis, omnia ut in primis. 597.

Nativitas est hodie Sanctæ Mariæ Virginis. **Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclesias.**

Ad Magnificat, Antiphona.
Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo,

gaudium annuntiavit universo mundo: ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictiõnem, dedit benedictiõnem, & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam.

Oratio. Familis tuis, quæsumus Dñmine, ut supra. 600.

Et fit Commem. S. Gorgonii Mart. An. Iste Sanctus pro lege Dei sui certavit usque ad mortem, & a verbis impiõrum non timuit: fundatorem enim erat supra firmam petram. **Gloria & honore coronasti eum Dñmine.** **Et constituisti eum super opera manuum tuarum.**

Oratio.
Sanctus tuus, Dñmine, Gorgonius suâ nos intercessiõne laudat: et per faciat sollemnitate gaudere. Per Dñm.

D O M I N I C A

Intra Octavam Nativitatis beatæ Mariæ Virginis.

In Festo SS. Nominis ejusdem beatæ Mariæ Virginis.
Duplex.

Si dies immediate sequens post Festum Nativitatis sit Dominica, Vesperæ dicuntur integræ de Nativitate sine Commemoratiõne Festi Nominis: si autem Festum Nominis incidat in diem octavam Nativitatis, faciendum est Officium de Nominis beatæ Mariæ absque Commemoratiõne Octavæ.

Ad Vesperas, Antiphona. Dum esset Rex, cum reliquis Antiphonis & Psalmis, ut in Officio parvo beatæ Mariæ, cxvi.

Capitulum. **Eccli 24. b**
Ab initio, & ante sæcula creata sum, & usque ad futurum sæculum non desinam, & in habitatiõne sancta coram ipso ministravi.

Hym-

Hymnus. Ave maris stella. cxvii.
V. Dignare me laudare te, Virgo sacrata. **R.** Da mihi virtutem contra hostes tuos.

Ad Magnificat, Antiphona.

Sancta Maria succurre miseris, juva pusillanimes, refouve feébiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto foemineo sexu: sentiant omnes tuum juvenem, quicumque celebrant tui sancti Nominis Commemorationem.

Oratio.

Concède, quæsumus omnipotens Deus; ut fideles tui, qui sub sanctissimæ Virginis Mariæ Nominis, & protectione lætântur, ejus pia intercessione, à cunctis malis liberântur in terris, & ad gaudia æterna pervenire mereântur in cælis. Per Dóminum.

Deinde fit Commemoratio Dominiæ occurrentis.

Ad Matutinum, Invitorium.

Sancta Maria Dei Génitrix Virgo, * Intercede pro nobis. **Psalm.** Venite, exultemus. **r.** **Hymnus.** Quem terra, Antiphonæ & Psalmi Nocturnorum, ut in Officio parvo B. Mariæ. cxix.

In primo Nocturno, Lectiones Ego sapientia. **Ps.** & **R.** ut in Festo B. Mariæ de Mercede.

In secundo Nocturno.

V. Adjuvabit eam Deus vultu suo.
R. Deus in medio ejus, non commovebitur.

De Sermone Sancti Bernardi Abbatis.
Ex Homil. 2. super Misus, circa fin.

Lectio iv.

ET nomen, inquit, Virginis Maria. Loquámur pauca, & super hoc Nominis, quod interpretatum maris stella dicitur, & Matri Virgini valde convenienter aptatur. Ipsa namque aptissime sideri comparatur: quia sicut sine

sui corruptione sidus suum emittit radiúm, sic absque sui læsione Virgo parturivit filium. Nec sideri radiús suam minuit claritatem, nec Virgini Filius suam integritatem. Ipsa est igitur nobilis illa stella ex Jacob orta, cujus radiús universum orbem illuminat, cujus splendor & præfulget in supérnis, & inferos pénétrat, terras etiam perlustrans, & calefaciens magis mentes, quam corpora, fovet virtutes, excoquit vitia. Ipsa, inquam, est præclara, & eximia stella super hoc mare magnum, & spatiósum necessarió sublevata, micans méritis, illustrans exéplis.

R. Sicut cedrus exaltata sum in Libano, & sicut cypréssus in monte Sion: quasi myrrha electa, * Dedi suavitatem odoris. **V.** Et sicut cinamómum & balsamum aromatizans. Dedi suavitatem.

Lectio v.

Quisquis te intelligis in hujus seculi profuvio magis inter procéllas & tempestates fluctuare, quam per terram ambulare: ne avertas oculos à fulgore hujus sideris, si non vis obrui procéllis. Si insurgant venti tentationum, si incurras scópos tribulationum, respice stellam, voca Mariam. Si jacitarius superbia undis, si ambitiosis, si detractionis, si æmulationis, si iracundia, aut avaritia, aut carnis illicebra naviculam concisseris mentis, respice ad Mariam. Si erlimum immanitate turbatus, conscientia fœditate confusus, iudicii horróre perturbatus, barathro incipias absorbéri tristitia, desperationis abyso, cogita Mariam.

R. Quæ est ista, quæ processit sicut sol, & formosa tamquam Jerusalem? * Vidérunt eam filia Sion, & beatam dixerunt, & reginæ lauda-

daverunt eam. **V.** Et sicut dies verni circumdabant eam flores rosarum, & lilia convallium. Vidérunt.

Lectio vi.

IN periculis, in angustis, in rebus dubiis, Mariam cogita, Mariam invoca. Non recedat ab ore, non recedat à corde: & ut impetres ejus orationis suffragium, non deseras conversationis exéplum. Ipsam sequens non devias: ipsam rogans non desperas: ipsam cogitans non erras. Ipsa tenente non corruis, ipsa protegente non metuis, ipsa duce non fatigaris, ipsa propitiâ pervenis: & sic in tempesto experiris, quam mérito dictum sit, Et nomen Virginis Maria. Quod quidem venerabile Nomen, jampridem in quibusdam Christiani orbis partibus speciali ritu cultum, Innocentius Undecimus Romanus Pontifex, ob insignem victoriam sub ejusdem Virginis Mariae presidio de immanissimo Turcærum tyranno cervicibus populi Christiani insultante, Viennæ in Austria partam, & in perenne tantî beneficii monumentum, in Ecclesiâ universali singulis annis Dominicâ infra Octavam Nativitatis beatæ Virginis Mariæ celebrari præcepit.

R. Ornata monilibus filiam Jerusalem Dóminus concupivit: * Et videntes eam filia Sion, beatissimam prædicaverunt, dicentes: * Unguentum effusum, circumdata varietate. Et videntes. Glória Patri. Unguentum.

In tertio Nocturno.

V. Elegit eam Deus, & prælegit eam. **R.** In tabernaculo suo habitare facit eam.

Lectio sancti Evangelii secundum Lucam.

Lectio vii.

Cap. 1. c.

IN illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilææ, cui nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat Joseph, de domo David, & nomen Virginis Maria. Et reliqua.

Homilia Sancti Petri Chrysologi.

Sermone 142. de Annuntiatione.

Audistis hodiè, fratres charissimi, Angelum cum muliere de hominis reparatione tractantem. Audistis agi, ut homo cibus eisdem, quibus dilapsus fuerat ad mortem, rediret ad vitam. Agit, agit cum Maria Angelus de salutè, quia cum Heva Angelus egerat de ruina. Audistis Angelum de carnis nostræ limo templum divinæ Majestatis arte ineffabili construèntem. Audistis in terris Deum, in cælis hominem sacramentò incomprehensibili collocari. Audistis inauditâ ratione in uno corpore Deum hominèque misceri. Audistis fragilem nostræ carnis naturam ad portandam totam Deitatis gloriám Angeli exhortatione roborari.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. **V.** Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto foemineo sexu: sentiant omnes tuum juvenem, quicumque celebrant tuam sanctam Commemorationem. Quia.

Lectio viii.

DEnique ne tanto pondere cœlestis fabricæ in Maria subtilis nostri corpore arèna succumberet, & in Virgine totius generis humani portatúra fructum, virga tenuis frangeretur, fugatior metum

vox Angeli mox præcëssit, dicens: Ne timeas Maria. Ante causam dignitatis Virginis annuntiatur ex Nômine; nam Maria hebræo sermone, latine Dômina nuncupatur. Vocat ergo Angelus Dominam, ut Dominatoris Genitricem trepidatio dëserat servitûs, quam nasci, & vocari Dôminam ipsa sui gërmis fecit, & impetravit auctôritas: Ne timeas Maria, inveniisti enim grâtiã. Verum est, quia qui invenit grâtiã, nescit timere: Invenisti grâtiã.

Beãtam me dicent omnes generatiões. Quia fecit mihi Dôminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. Et misericordia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. Quia fecit mihi Dôminus. Glória Patri. Quia fecit mihi Dôminus.

Lectio nona de Homilia Dominicæ occurrentis.

Si autem idem Officium juxta Rubricas Breviarii Romani transferendum sit, nona Lectio sumatur eo anno ex Officio beate Mariæ in Sabbato mensis Septembris.

AD LAUDES,

& per Horas, Antiphona.

Um esset Rex in accubitu suo, nardus mea dedit odorem suavitatis. Psalm. Dôminus regnavit, cum reliquis. 13. Antiph. Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Antiphona. Nigra sum, sed formosa, filie Jerusalem: ideò dilexit me Rex, & introduxit me in cubiculum suum.

Antiphona. Jam hiems transit, imber abiit & recessit: surge amica mea, & veni. Antiphona. Speciosa facta es & suavis in deliciis tuis, Sancta Dei Genitrix.

Capitulum. Eccli 24. b.

Ab initio, & ante secula creata sum, & usque ad futurum sæ-

culum non desinam, & in habitatione sancta coram ipso ministravi.

Hymnus. O gloriosa Virginitas, ut supra. 600.

Diffusa est grãtia in labiis tuis. Propterea benedixit te Deus in ætërnium.

Ad Benedictus, Antiphona.

Beata es Maria, que credidisti: perficietur in te quæ dicta sunt tibi à Dômino, alleluia.

Oratio.

Concede, quæsumus omnipotens Deus; ut fideles tui, qui sub Sanctissimæ Virginis Mariæ Nômine, & protectione latantur, ejus pia intercessione, à cunctis malis liberentur in terris, & ad gaudia æterna pervenire mereantur in cœlis. Per Dôminum nostrum Jesum Christum.

Deinde fit Commemoratio Dominicæ occurrentis.

Ad Primam in R. brevi dicitur

Qui natus es de Maria Virgine.

Ad Tertiam, Antiphona. Læva ejus. Capitulum. Ab initio, ut supra.

R. breve. Spécie tua. Et pulchritudine tua. Spécie tua. Intende, prospere procede, & regna. Et pulchritudine. Glória Patri. Spécie tua. Adjuvabit eam Deus vultu suo. R. Deus in medio ejus, non commovëbitur.

Ad Sextam, Antiphona.

Nigra sum.

Eccli 24. b.

T sic in Sion firmata sum, & in civitate sanctificata similiter requievi, & in Jerusalem potestas mea. Et radicavi in populo honorifico, & in parte Dei mei hæreditas illius, & in plenitudine Sanctorum detentio mea.

R. br. Adjuvabit eam Deus vultu suo. Adjuvabit. Deus in medio ejus, non commovëbitur. Deus

vultu. Glória Patri. Adjuvabit. Elegit eam Deus, & prælegit eam. R. In tabernaculo suo habitare facit eam.

Ad Nonam, Antiphona.

Speciosa.

Capitulum.

Eccli 24. b.

In platëis sicut cinnamomum & balsamum aromatizans odorem dedit: quasi myrrha electa dedi suavitatem odoris.

R. br. Elegit eam Deus, & prælegit eam. Elegit eam. In tabernaculo suo habitare facit eam. Et prælegit. Glória Patri. Elegit eam. Diffusa est grãtia in labiis tuis. R. Propterea benedixit te Deus in ætërnium.

In secundis Vesperis, omnia ut in primis. 602.

Ad Magnificat, Antiphona.

Beãtam me dicent omnes generatiões, quia ancillam humilem respexit Deus.

Oratio. Concede quæsumus, ut supra. 604.

Et fit Commemoratio Dominicæ occurrentis.

DIE IX. SEPTEMBRIS.

Secunda die infra Octavam Nativitatis beate Mariæ.

In primo Nocturno, Lectiones de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno,

De Sermone Sancti Augustini

Episcopi.

Sermone 18. de Sanctis, in medio.

Lectio iv.

Exultat Maria, & matrem se læta miratur, & de Spiritu sancto se peperisse gaudet: nec quia peperit innupta, terrëtur; sed quia genuerit, cum exultatione miratur. O femina super feminas benedicta, quæ virum omnino non novit, & virum suo utero circumdedit! Circumdat virum Maria Angelo fidem dando, quia Heva per-

didit virum, serpenti consentiõ. O felix obediëntia, ò insignis gratia! que dum fidem humiliter dedit, cœli in se opificem corporavit. Hinc promeruit gloriã, quam ipsa postmodum hausit. Ecce, ait, ex hoc beatam me dicent omnes generatiões.

Nativitas gloriosæ Virginis Mariæ ex semine Abraham, ortæ de tribu Juda, claræ ex stirpe David:

Cujus vita inçlyta cunctas illustrat Ecclësiã. Hodie nata est beata Virgo Maria ex progénie David. Cujus.

Lectio v.

Beata Maria, quis tibi dignè valeat jura gratiarum, ac laudum præconiã repëdere, quæ singulari tuo assensu mundo succurristi përdito? Quas tibi lævæ fragilitas humani gëneris persolvat, quæ solo tuo commërcio recuperandi aditum invenit? Accipe itaque quascumque exiles, quascumque meritis tuis impares gratiarum actiões: & cum suscepëris vota, culpas nostras orãdo excusa. Admitte nostras preces intra sacrarium exauditiõis, & repõrtã nobis antidotum reconciliatiõis.

Cum jucunditate Nativitatem beate Mariæ celebrëmus: Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dôminum Jesum Christum. Corde & animo Christo canãmus gloriã in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Lectio vi.

It per te excusabile, quod per te ingërimus: fiat impetrabile, quod fidã mente pöscimus. Accipe quod offerimus, redõna quod rogãmus, excusa quod timëmus: quia tu es spes unica peccatõrum. Per te sperãmus veniã delictõrum, & in te beatissima nostrõrum est expectatio præmiõrum. Sancta Maria, suc-

succurre miseris, iuva pusillánimes, réfove débiles, ora pro pópulo, intéveni pro clero, intercède pro devoto fœmineo sexu; sèntiant omnes tuum iuvâmen, quicúmque celebrant tuam sanctam Nativitatè.

R. Nativitas tua, Dei Génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo: * Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: * Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donávit nobis vitam sempiternam. **V.** Benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Glória Patri. Qui solvens.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 1.

Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

De Homilia Sancti Hieronymi Presbyteri.

Lib. 1. Comment. in Math.

Jacob autem genuit Joseph. Hunc locum objéct nobis Juliánus Augustus de dissonántia Evangelistarum, cur Evangelista Matthæus Joseph dixerit filium Jacob, & Lucas eum filium appellárit Heli: non intelligens consuetudinem Scripturarum, quòd alter secundum naturam, alter secundum legem ei pater sit. Scimus enim hoc per Móysen, Deo jubente, præceptum, ut si frater aut propinquus absque liberis mórtuus fuerit, alius accipiat uxorem ad suscitandum semen fratris vel propinqui sui. Joseph virum Mariæ. Cùm virum audieris, suspicio tibi non sóbeat nuptiarum: sed regardare consuetudinis Scripturarum, quòd sponset viri, & sponsæ vocentur uxores.

R. Beátam me dicent omnes generationes: * Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericórdia ejus à progénie in progénies tímentibus eum. Quia fecit.

Lectio vij.

Et à transmigratióne Babylónis usque ad Christum generatiónes quatuórdecim. Númera à Jechonia usque ad Joseph, & invértens generatiónes trédecim. Quartadécima ergo generatió in ipsum Christum reputábitur. Christi autem generatió sic erat. Quærat Dóseph lector & dicat: Cùm Joseph non sit pater Dómini Salvatoris, quid pértinet ad Dóminum generatiónis ordo deductus usque ad Joseph? Cui respondébinus primum, non esse consuetudinis Scripturarum, ut mulierum in generatiónis ordo textáret. Deíndè, ex una tribu fuisse Joseph & Mariam, undè ex lege eam accipere cogebátur ut propinquam, & quòd simul censentur in Bèthlehem, ut de una vidélicet stirpe generáti.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus Deus noster. **V.** Ora pro pópulo, intéveni pro clero, intercède pro devoto fœmineo sexu: sèntiant omnes tuum iuvâmen, quicúmque celebrant tuam sanctam Nativitatè. Quia ex te. Glória Patri. Christus Deus.

Pro Sancto Gorgonio Martyre.

Lectio ix.

Gorgónius Nicomedæ natus, Diocletiani Imperatoris cubicularius, Dorótheo collèga suo adjutore reliquos omnes cubicoli ministros ad Christi fidem perduxit. Utérque autem cùm vidisset quodam die mártirem eóram Diocletiano acerbissimè cruciári, ejus

exém-

exémpló mártirii amóre incensus est. Itaque ambórum hæc vox erúpit: Quid est, Imperátor, quòd hujus condemnáta sententiá, que nobis eum eó commúni est, unum illum punis? Istius nostra etiám est fides, idem propositum. Eos igitur vincitos Imperátor flagéllis concidi jubet, ita ut toto corpore cutis dirumperétur, & in plagas acétum infúndi sale permixtum: mox revinctis in craticula súbjei imperat vim candéntium carbónum. Denique variè torti, suspéndio necáti sunt. Ac Sancti Gorgónii corpus aliquándó Romam portáto, inter duas lauros viá Latíná sepultum, póstea Gregório Quarto Summo Pontifice in Basilicam Principis Apostolorum translátum est.

Te Deum laudámus. 12.

In Laudibus fit Commemoratio S. Gorgonii Mart. Añs. Qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam aeternam custodit eam. **V.** Justus, ut palma florébit. **R.** Sicut cedrus Libani multiplicábitur.

Oratio.

Sanctus tuus, Dómine, Gorgónius suá non intercessióne lætificet: & piá faciat solemnitate gaudere. Per Dóminum.

Vesperæ de S. Nicolao, cum Commemoratióne Octavæ.

DIE X. SEPTEMBRIS.

In Festo Sancti Nicolai de Tolentino Confessoris.

Duplex.

Omnia de Comuni Confessoris non Pontif. Iv. præter séquentia.

Oratio.

Adéstó Dómine supplicatióibus nostris, quas in beáti Nicolai Confessoris tui solemnitate deférimus: ut qui nostræ justitiæ fidéliam non habémus, ejus, qui tibi placuit, precibus adjuvémur. Per Dóminum nostrum.

Deíndè fit Commemoratió Octavæ Nativitatis B. Mariæ, Añs. Nativitas tua, Dei Génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo: ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donávit nobis vitam sempiternam. **V.** Nativitas est hódie Sanctæ Mariæ Virginis. **R.** Cujus vita inelyta cunctas illústrat Ecclésiás.

Oratio.

FAmulis tuis, quæsumus Dómine, cœlestis gratiæ munus impertire; ut quibus beátæ Virginis partus extitit salútis exórdium, Nativitatis ejus votiva solémnitas pacis tribuat incrementum. Per Dóminum.

In primo Nocturno, Lectiões de Scriptura occurrente.

In secundo Nocturno.

Lectio iv.

Nicoláus, Tolentinas à diuturno illius civitatis domicilio appellátus, in óppido Sancti Angeli in Piceno est natus piis paréntibus: qui liberórum desidério Bárium voti causá profecti, ibique à Sancto Nicoláo de futura prole confirmáti, quem susceperunt filium de illius nómine appellárum. Is ab infántia multárum virtutum, sed abstinentiæ in primis spécimen dedit. Nam anno vix séptimo, beátum ipsum Nicoláum imitáti, complures hebdomádæ dies jejunare cœpit, eamque póstea consuetudinem retinuit, solo pane & aquá contentus.

R. Honestum fecit illum Dóminus, & custodivit eum ab inimicis, & à seductóribus tutávit illum: * Et dedit illi claritatem aeternam. **V.** Justus dedit illi Dóminus per vias rectas, & osténdit illi regnum Dei. Et dedit.

Lectio.

Lectio v.

Adultā etate iam clericali militiæ adscriptus, & Canonice factus, cum quodam die concionatorem Ordinis Eremitarum Sancti Augustini, de mundi contemptu dicentem audisset, eo sermone inflammatus, statim eundem Ordinem est ingressus: in quo tam exactam religiosā vitæ rationem coluit, ut aspero vestitu, verberibus, & ferreâ catenâ corpus domans, atque à carne, & omni ferè obsōnio abstinens, charitāte, humilitate, patientiā, cæterisque virtutibus, aliis prælucret.

R. Amavit eum Dōminus, & ornavit eum: stolam gloriæ induit eum, & Et ad portas paradisi coronavit eum. **V.** Induit eum Dōminus loriam fidei, & ornavit eum. **Kt** ad portas.

Lectio vi.

Orādi assiduum stūdiū, quamvis sātane insidiis variè vexatus, & flagellis intrēdum cæsus, non intermittēbat. Demū sex ante obitum mēsis, singulis nōctibus Angēlicum concēntum audivit; cuius suavitate, cum jam paradisi gaudia prægustaret, crebrō illud Apōstoli repetēbat: Cūpio dissōlvi, & esse cum Christo. Dēnique obitū sui diem frātribus prædixit, qui fuit quarto Idus Septembris. Miraculis multis etiā post mortem clāruit, quibus ritē & ordine cōgnitis, ab Eugēnio Papa Quarto in Sanctōrum nūmerum est relātus.

R. Iste homo perfecit omnia, quæ locutus est ei Deus, & dixit ad eum: Ingrēdere in requiem meam: **V.** Quia te vidi iustum coram me ex omnibus gentibus. **V.** Iste est qui contempnit vitam mundi, & pervenit ad cœlestia regna. Quia te vidi. Gloria Patri. Quia te vidi.

In tertio Nocturno, Homilia venerabilis Bedæ Presbyteri in Evangelium Nolite timere pusillus grex, de Communi Confessoris non Pontificis. **Ixy.**

Et fit Commem. Octavæ Nativitatis B. Mariæ, Asiæ. Nativitatem hodiernam perpētua Virginis Genitricis Dei Mariæ solēmniter celebrāmus, qua celsitudo throni processit, alleluia. **V.** Nativitas est hodiē Sanctæ Mariæ Virginis. **R.** Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclēsiās.

Oratio. Fāmulis tuis, quæsumus, ut supra. 607.

In ij. Vesperis fit Commem. Octavæ, & SS. Proti & Hyacinthi Mart. **Antiphona.** Istōrum est enim regnum cœlōrum, qui contempserunt vitam mundi, & pervenerunt ad præmia regni, & laverunt stolas suas in sanguine Agni. **V.** Lætāmini in Dōmino & exultate iusti.

R. Et gloriāmini omnes recti corde.

Oratio.

Beatōrum Mārtyrū tuōrum Proti & Hyacinthi nō Dōmine foveat pretiōsa confēssio: & pia jūgiter intercessio tueatur. Per Dōminum nostrum.

DIE XI. SEPTEMBRIS.

Quarta die infra Octavam Nativitatis beatæ Mariæ.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Bernardi Abbatis. *Sermone in cap. 12. Apoc. ante medium.*

Lectio iv.

Novum fecit Dōminus super terram, ut mōlier circumdaret virum, nec aliū quam Christum, de quo dicitur: Ecce vir, Oriens nomen ejus. Novum quoque fecit in cœlo, ut mōlier sole appareret amicta. Dēnique & coronavit eum, & vicissim ab eo mēruit coronari. Egredimini filiæ Sion, & vidēte regem Salomōnem in diademate.

mate, quo coronavit eum mater sua. Verum hoc aliās. Interim sanē ingredimini magis, & vidēte Regnam in diademate, quo coronavit eam Filius suus. In capite, inquit, ejus corōna stellārum duōdecim.

R. Nativitas gloriōsa Virginis Mariæ ex sēmine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, claræ ex stirpe David: Cujus vita inclyta cunctas illustrat Ecclēsiās. **V.** Hodiē nata est beatā Virgo Mariæ ex progēnie David. Cujus.

Lectio v.

Dignum planē stellis coronāri caput, quod & ipsis longē clārius micans, ornet eas potiūs, quam ornētur ab eis. Quidni coronent sidera, quam sol vestit? Sicut dies verni circumdabant eam flores rosarū, & lilia convallium. Nimirū lava sponsi sub capite ejus, & jam dextera illius amplexatur eam. Quis illas æstimet gemmas? Quis stellas nōminet, quibus Mariæ regēnum diadēma compactum est?

R. Cum jucunditate Nativitatem beatæ Mariæ celebrāmus: **V.** Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dōminum Jesum Christum. **V.** Corde & animo Christo canāmus glōriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Lectio vi.

Quid ergo sidereum micat in generatione Mariæ? Planē quod ex regibus orta, quod ex sēmine Abrahæ, quod generosā ex stirpe David. Si id parum videtur, adde quod generatōni illi ob singulāre privilēgium sanctitatis divinitus nōscitur esse concessa: quod longē antē eisdem patribus coalitus repromissa, quod mysticis præfigurata miraculis, quod oraculis prænuntiata prophetis. Hanc enim sacerdotālis virga, dum sine radice floruit: hanc Gedeōnis vellus, dum

Pars Tertia.

in medio sicæ aræ maduit: hanc in Ezechielis visione Orientalis porta, quæ nulli unquam patuit, præsignabat.

R. Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: **V.** Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: **V.** Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confūdens mortem, donavit nobis vitam sempiternam. **V.** Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Glōria Patri. Qui.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Mattheum.

Lectio vij.

Cap. 1.

Liber generatōnis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

Homilia Sancti Hilarii Episcopi.

Comment. in Math. can. 1.

Ressus, quem Mattheus in ordine regni successiōnis ediderat, & quem Lucas per sacerdotalem ordinem dinūmerat, utręque agnationem in Dōmino utriusque tribus significat, & recte generatōnis gradum ponit: quia sacerdotālis & regni tribus societas, per David ex coniugio inita, jam à Salathiel in Zorobabel confirmatur ex genere. Atque ita, dum Mattheus paternam originem, quæ ex Juda proficiscēbatur, recenset; Lucas vero accēptum per Nathan ex tribu Levi genus edocet, suis utręque patribus Dōmino nostro Jesu Christo, qui est æternus & Rex & Sacerdos, etiā in carnali ortu utriusque generis glōriam probaverunt.

R. Beatam me dicent omnes generatōnes: **V.** Quia fecit mihi Dōminus magna qui potens est, & sapientium nomen ejus. **V.** Et misericordia ejus à progēnie in progēnie tui.

Qu

mē-

méntibus eum. Quia fecit mihi.

Lectio viii.

Quod vero Joseph pótius, quam Mariæ nativitas recensetur, nihil refert: eadem enim est totius tribus atque una cognatio. Exémplum autem étiam Matthæus & Lucas dederunt, patres invicem appellantes, non tam genere, quam gente: quia ab una tribu cœpta, sub unius successiónis & originis familia continétur. Cùm enim filius David atque Abrahæ sit ostendendus, ita Matthæus cœpit: Liber generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abrahæ.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: Quia ex te ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster. **V.** Ora pro pópulo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: séntiant omnes tuum juvâmen, quicúmque celebrant tuam sanctam Nativitatem. Quia. Glória Patri. Christus.

Pro Sanctis Martyribus Proto & Hyacintho.

Lectio ix.

Protus & Hyacinthus fratres, beatæ Eugénie Virginis eunuchi, unâ cum illa ab Héleno Episcopo baptizati, ac stúdiis dediti divinarum litterarum, aliquandiu in Ægypto in Monasterio mirâ humilitate & vitæ sanctitate vixerunt. Sed postea Sanctam Virginem Eugéniam Romam prosecuti, Galliëno Imperatore in Urbe propter Christianæ fidei professionem comprehensi sunt. A quibus cum nullo modo impetrâri posset, ut Christianam religionem desererentes, deos colerent, acerbis verbéribus cæsi, securi feriuntur tertio Idus Septembris. Te Deum laudamus. 12.

In Laudibus, fit Commemoratio SS. Proti & Hyacinthi, Antiphona.

phona. Vestri capilli cæpitis omnes numerati sunt: nolite timere: multis passeribus meliores estis vos. **V.** Exultabunt Sancti in glória. **R.** Letabúntur in cubilibus suis.

Oratio. Beatórum Mátyrum, ut sup. 608.

DIE XII. SEPTEMBRIS.

Quinta die infra Octavam Nativitatis beate Mariæ.

In secundo Nocturno.

Sermo Sancti Joannis Chrysostomi. *Apud Metaphrasten.*

Lectio iv.

DEi Filius non divitem, aut locuplém aliquam féminam sibi matrem elégit, sed beatam Virginem illam, cujus anima virtúibus ornata erat. Cùm enim beata Maria supra omnem humanam naturam castitatem servaret, propterea Christum Dóminum in ventre concepit. Ad hanc igitur Sanctissimam Virginem & Dei Matrem accurrétes, ejus patrocinii utilitatem assequámur. Itaque quacúmque estis virgines, ad Matrem Dómini confúgit. Illa enim pulcherrimam, pretiosissimam, & incorruptibilem possessionem patrocinii suo vobis conservábit.

R. Nativitas gloriöse Virginis Mariæ ex semine Abrahæ, ortæ de tribu Juda, clarâ ex stirpe David: Cujus vita inelyta cunctas illustrat Ecclésiâs. **V.** Hódie nata est beatâ Virgo María ex progénie David. Cujus vita.

Lectio v.

Magnum reverâ miraculum, fratres dilectissimi, fuit beatæ semper Virgo Maria. Quid namque illâ majus aut illustrius ullo umquam tempore inventum est, seu aliquando inveniri poterit? Hæc sola cœlum ac terram amplitudine superávit. Quidnam illâ sanctius? Non Prophætæ, non Apostoli, non Mar-

ty-

tyres, non Patriarchæ, non Angeli, non Throni, non Dominatiónes, non Séraphim, non Chérubim, non denique áliud quidpiam inter creatas res visibiles aut invisibiles, majus aut excellentius inveniri potest. Eadem ancilla Dei est & mater: eadem virgo & Génitrix.

R. Cum jucunditate Nativitatem beatæ Mariæ celebrémus: Uti ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. **V.** Corde & animo Christo canámus glóriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Lectio vi.

Hæc ejus mater est, qui a Patre ante omne principium genitus fuit, quem Angeli & homines agnoscunt Dóminum rerum ómnium. Visne cognoscere quantum Virgo hæc præstantior sit cœlestibus potentiis? Illa cum timóre & tremóre assistunt, faciem velantes suam: hæc humanum genus illi offert, quem genuit. Per hanc & peccatorum véniam consequimur. Ave igitur mater, cœlum, puella, virgo, thronus, Ecclésiæ nostræ decus, glória & firmamentum: assidue pro nobis precare Jesum filium tuum & Dóminum nostrum: ut per te misericórdiam invenire in die iudicii, & quæ repósa sunt illi qui diligunt Deum, bona consequi possimus; grátia & benignitate Dómini nostri Jesu Christi: cum quo Patri simul & sancto Spiritu glória, & honor, & impérium, nunc, & semper in sæcula sæculórum. Amen.

R. Nativitas tua, Dei Génitrix Virgo, gáudium annuntiávit univérso mundo: Ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: Qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donávit nobis vitam sempitérnam. **V.** Benedicta tu in mu-

liéribus & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Glória Patri. Qui solvens.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vij.

Cap. 1.

Liber generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

De Homilla Sancti Hilarii Episcopi.

Comment. in Matth. can. 1.

Non refert quis in originis número atque ordine collocetur, dummodo univérso rum familia cœpta esse intelligatur ab uno. Itaque cum ejusdem tribus sit Joseph & Maria, dum profectus esse ex Abrahæ genere Joseph osténditur, profecta quoque dicitur & Maria. Hæc enim in lege ratio servata est, ut si mortuus sine filiis familia princeps esset, defuncti uxórem postérior frater ejusdem cognatiónis acciperet, susceptoque filios in familiam ejus, qui mortuus esset, referret: maneréque ita in primogénitis successi ónis ordo, cum patres eórum, qui post se nati essent, aut nómine haberentur, aut genere.

R. Beatam me dicent omnes generatiónes: Quia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericórdia ejus a progénie in progénies timéntibus eum. Quia fecit.

Lectio viii.

Sequens illud est, ut quia diximus secundum rerum fidem generatiónis istius ordinem nec número sibi, nec successi óne constare, hujus quoque rei ratio afferatur. Non enim levis causa est, ut áliud in narrati óne sit, áliud fuerit in gestis: & áliud referatur in summa, Qq 2 áliud

aliud verò teneatur in número. Namque ab Abraham usque ad David quatuordecim generationes numeratæ sunt: & à David usque ad transmigratiónem Babylónis in quibusdam libris decem & septem deprehenduntur. Sed in hoc non mendacii, aut negligentia vitium est. Tres enim ratione præteritæ sunt. Nam Joras genuit Ochoziam, Ochozias verò genuit Joam, Joas deinde Amasiam, Amasias autem Oziam: & in Matthæo Joras Oziam genuisse scribitur, cum quartus ab eo sit. Hoc ita, quia ex gentili femina Joras Ochoziam genuit, ex Achab scilicet, qui Jézabel habuit uxorem.

R. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: **Q**uia ex te ortus est sol justitiæ, **C**hristus Deus noster. **O.** Ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvenem, quicumque celebrant tuam sanctam Nativitatem. Quia ex te. Glória Patri. Christus.

Lectio ix.

Denique per Prophétam non nisi quartá generatione in throno régio Israël quemquam de domo Achab esse sessurum dicitur. Purgatá igitur labe familie gentilis tribus, quæ præteritis jam régulis, in quarto generationum consequentium ordine numeratur, & usque ad Mariam generationes quatuordecim esse scribuntur, cum in número decem & septem reperiantur, nullus error esse poterit scientibus non eam solum esse Dómino nostro Jesu Christo originem, quæ cepit ex María; sed in procreatione corporea, nativitatís æternæ significatiam comprehendí.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XIII. SEPTEMBRIS.

Sexta die infra Octavam Nativitatís beate Mariæ.

In secundo Nocturno.

Ex libro Sancti Epiphánii Episcopi adversus hæreses.

Lib. 3. hæresi 78. post médium.

Lectio iv.

Beata Mater Dei Maria per Hevam significatur, quæ per ænigma accepit, ut mater vivéntium vocétur. Illa etenim mater vivéntium vocata est, etiã postquam audivit: Terra es, & in terram revertéris, post transgressiónem. Et mirum est, quod post transgressiónem hoc magnum cognómen habuit. Et quod quidem pertinet ad rem sensibilem, ab illa Heva omnis hóminum generatio deducta est in terra: hic autem verè à Maria hæc vita mundo génita est, ut vivéntem gigneret, & fieret Maria mater vivéntium. Per ænigma igitur Maria mater vivéntium appellata est.

R. Nativitas gloriósæ Virginis Mariæ ex semine Abraham, ortæ de tribu Juda, clara ex stirpe David: **Q**uius vita incluta cunctas illustrat Ecclésiã. **V.** Hódie nata est beata Virgo Maria ex progénie David. Cuius.

Lectio v.

Hevæ datum est operire corpus sensibilem: Mariæ verò datum est à Deo, ut pàreret nobis Agnum & ovem, & ex glória ipsius Agni & ovis fieret nobis vult à vellere in sapientia per virtutem ipsius indumentum incorruptibilitatis. Heva etiã mortis causa facta est hominibus: per ipsam enim mors ingressa est in mundum: Maria verò causa vitæ, per quam génita est nobis vita, & per hanc Filius Dei advénit in mundum: & ubi abundavit peccatum, ibi superabundavit & grá-

grátia: & undè illata est mors, illinc processit & vita, ut vita pro morte fieret: & qui per mulierem nobis vita factus est, mortem ex muliere inductam excluderet. Et quóniam illic Heva, cum adhuc esset virgo, per inobediéntiam transgressa est: è contrário per virginem obedientia grátia facta est, annuntiato advéntu in carne de celo, & vitæ æternæ.

R. Cum jucunditate Nativitatem beate Mariæ celebrémus: **V.** Ut ipsa pro nobis intercedat ad Dóminum Jesum Christum. **V.** Corde & ánimo Christo canámus glóriam in hac sacra solemnitate præcelsæ Genitricis Dei Mariæ. Ut ipsa.

Lectio vi.

De María accipitur (liceat mihi hoc dicere) quod scriptum est de Ecclésiã: Relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adherébit uxóri suæ, & erunt duo in carne una. Sanctus autem Apóstolus dicit: Mystérium hoc magnum est, ego autem dico in Christo & Ecclésiã. Et vide Scripturárum accuratam dicéndo proprietatem, quod de Adam quidem dixit, formávit: de Heva verò non formátam esse, sed edificatam. Accépit enim, inquit, unam de costis ejus, & edificavit ipsi in uxorem. Quo osténdat, Dóminum quidem de María efformasse sibi ipsi corpus, ab ipsa verò costa edificatam esse Ecclésiã, in eo quod punctum & apértum est ipsius latus, & mystéria sanguinis & aquæ, prætia redemptionis facta sunt.

R. Nativitas tua, Dei Genitrix Virgo, gaudium annuntiavit universo mundo: **Q**uia ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: **S**ed qui solvens maledictiónem, dedit benedictiónem: & confundens mortem donavit nobis vitam sem-

piternam. **V.** Benedicte tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui. Ex te enim. Glória Patri. Qui solvens.

In tertio Nocturno.

Lectio sancti Evangelii secundum Matthæum.

Lectio vii.

Liber generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Abraham genuit Isaac. Isaac autem genuit Jacob. Et reliqua.

De Homilia S. Augustini Episcopi. Lib. 2. de Consensu Evangelist. cap. 1. **M**atthæus Evangelista sic orsus est: Liber generatiónis Jesu Christi filii David, filii Abraham. Quo exórdio suo satis osténdit, generatiónem Christi secundum carnem se suscepisse narrandam. Secundum hanc enim Christus filius hóminis est, quod etiã se ipse sapissimè appellat, commendans nobis quid misericorditer dignatus sit esse pro nobis. Nam illa supérna & æterna generatio, secundum quam Filius Dei unigénitus est ante omnem creaturam, quia omnia per ipsum facta sunt, ita ineffabilis est, ut de illa dictum à Prophéta intelligatur: Generatiónem ejus quis enarrábit?

R. Beátam me dicent omnes generatiónes: **Q**uia fecit mihi Dóminus magna qui potens est, & sanctum nomen ejus. **V.** Et misericórdia ejus à progénie in progénies timéntibus eum. Quia fecit.

Lectio viii.

Exquiratur ergo humanam generationem Christi Matthæus, ad Abraham generatiónes commémorans, quos perducit ad Joseph virum Mariæ, de qua natus est Jesus. Neque enim fas erat, ut ob hoc eum à conjúgio Mariæ separandum putáret, quod non ex ejus concubitu, sed virgo peperit Christum.

tum. Hoc enim exémplo magnificè insinuatur fidelibus conjugatis, éssam servatà pari consensu continentia, posse permanere, vocari- que conjugium, non permixto corp- oris sexu, sed custodito mentis, affectu: præsertim quia nasci eis etiam filius potuit sine ullo complexu carnali, qui propter solos gigné- ndos filios adhibendus est.

B. Felix namque es sacra Virgo Maria, & omni laude dignissima: * Quia ex te ortus est sol justitiæ, * Christus Deus noster. **V.** Ora pro pópulo, intèrveni pro clero, intercède pro devoto femineo sexu: sentiant omnes tuum juvamen, quicumque cèlebrant tuam sanctam Nativitatem. Quia ex te Gloria Patri. Christus Deus.

Lectio IX.

Cap. 2.

Cum autem evidenter dicat Apóstolus Paulus, ex semine David secundum carnem Christum; ipsam quoque Mariam de stirpe David aliquam consanguinitatem duxisse, dubitare utique non debemus. Cuius femina quoniam nec sacerdotale genus tacetur, insinuante Luca, quod cognata eius esset Elisabeth, quam dicit de filiabus Aaron: firmissimè tenendum est, carnem Christi ex utroque genere propagatam, & regum scilicet, & sacerdotum, in quibus personis apud illum pópulum Hebræorum etiam mystica unctio figurabatur, id est chrisma, undè Christi nomen elucet, tanto antè etiam isà evidentissimam significatione præ- nuntiatum.

Te Deum laudamus. 12.

DIE XIV. SEPTEMBRIS.

In Festo Exaltationis S. Crucis, Duplex.

Ad Vesperas, Antiphona. O magnam pietatis opus, cum reliquis de Laudibus. 622. Psalm. Dixit Dó-

minus, cum reliquis de Domina. 94. & loco ultimi, Psalm. Laudate Dó- minum omnes Gentes. 97.

Capitulum.

Philip. 2.

Fratres, Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semetipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem homini- num factus, & habitum inventus ut homo.

Hymnus.

Vexilla Regis prædeunt: Fulget Crucis mysterium, Quà vita mortem pertulit, Et morte vitam protulit. Quæ vulnerata lanceæ Mucrone diro, crimumum Ut nos lavaret sordibus, Manavit undã, & sanguine. Impleta sunt quæ concinit David fideli carmine, Dicendo nationibus: Regnavit à ligno Deus. Arbor decora, & fulgida, Ornata Regis purpura, Electa digno stipite Tam sancta membra tangere. Beata, cujus brachiis Præitium pependit sæculi, Statèra facta corporis, Tulitque prædam tartari.

O Crux ave spes unica, In hac triumphi gloria Pius adauge gratiam, Reisque dele crimina.

Te, fons salutis Trinitas, Collaudet omnis spiritus: Quibus Crucis victoriam Largiris, adde præmium. Amen.

V. Hoc signum Crucis erit in cælo. **R.** Cum Dómino ad iudicandum vénerit.

Ad Magnificat, Antiphona.

O Crux splendidior cunctis astris, mun-

mundo célebris, hominibus multum amabilis, sanctorum univèrsis: quæ sola fuisti digna portare talentum mundi: dulce lignum, dulces clavos, dulcia ferens pòndera: salva præsentem ceteram in tuis hodiè laudibus congregatam.

Deus, qui nos hodièrnà die Exaltationis sanctæ Crucis ànnuà solemnitate letificas: præsta quæsumus; ut cujus mysterium in terra cognovimus, ejus redemptionis præmia in cælo mereamur. Per eundem Dóminum.

Et fit Commemoratio de Octava

Nativitatis B. Mariæ, Añæ. Nativitas tua, Dei Génitrix Virgo, gaudium annuntiavit univèrso mundo: ex te enim ortus est sol justitiæ, Christus Deus noster: qui solvens maledictionem, dedit benedictionem: & confundens mortem, donavit nobis vitam sempiternam. * Nativitas est hodiè sanctæ Mariæ Virginis. **B.** Cujus vita inclyta cunctas illústrat Ecclesiæ.

Oratio.

Familis tuis, quæsumus Dómine, cælestis gratiæ munus impertire: ut quibus beatæ Virginis partus extitit salutis exórdium, Nativitatis ejus votiva solèmnitas pacis tribuat incrementum. Per Dóminum.

Ad Matutinum, Invitatorium.

Christum Regem pro nobis in cruce exaltatum, * Venite, adorémus. Psalmus. Venite, exultemus. 1.

Hymnus.

Pange lingua gloriosi Lauream certaminis, Et super Crucis trophæo Dic triumphum nobilem: Qualiter Redemptor orbis Immolatus vicerit. De Parentis protoplásti, Fraude factor condolens,

Quando pomi noxiális In necem morsu ruit: Ipse lignum tunc notavit, Damna ligni ut solveret.

Hoc opus nostræ salutis Ordo depoposcerat, Multiformis proditoris Ars ut artem falleret, Et medelam ferret indè, Hostis undè lacerat.

Quando venit ergo sacri Plenitudo témporis, Missus est ab arce Patris Natus, orbis Cònditor; Atque ventre Virginali Carne amictus pròdiit.

Vagit infans inter arcta Cònditus præsepia: Membra pannis involtata Virgo mater alligat: Et Dei manus, pedesque Stricta cingit fasciã.

Sempiterna sit beatæ Trinitati glória, Æqua Patri, Filiòque, Par decus Paraclito: Unus Trinique nomen Laudet univèrsitas. Amen.

In primo Nocturno, Antiphona. Nobile lignum exaltatur, Christi fides ritulit, dum Crux ab omnibus veneratur.

Psalmus 1.

Beatus vir, qui non abiit in consilio impiòrum, & in via peccatòrum non stetit, * & in cã- thedra pestilentia non sedit: Sed in lege Dómini voluntas ejus, * & in lege ejus meditabitur die ac nocte.

Et erit tamquam lignum, quod plantatum est secus decursus aquarum, * quod fructum suum dabit in témpore suo:

Et folium ejus non defluet: * & omnia quæcumque faciet, prosperabuntur.

Non sic impii, non sic: * sed tamquam